ro fugiens dixit Bohemus. qui insequ
tes alios captiuarunt. et Wolherum de
Eptingen hospitalarium eius resistentem
grauiter wlnerarunt, a quo recepta caucione
de presentando se regi alios ad Mulnhusen
opidum imperiale secum duxerunt. Amici
autem captorum cum in nocte se circa Mulin
husen posuissent. ac gracia regis tuti
tus non essent securi. dimissi sunt captiui
ad graciam regis. Bohemusque regem celeriter
versus Hagenowe sunt secuti, dedit autem
et obligauit rex fautoribus suis omnes ciui
tates Alsacie ita quod in ibi per diem non
habet expensas. Descendit eciam per Wissen
burg versus Spiram. vbi sub quibusdam
pactis extitit intromissus. Lectis autem
ibi quibusdam processibus ex parte Gerlaci pro
uisi Moguntini. contra Heinricum Archiepiscopum.
et suos fautores. quorum aliqui domicilium
Spire habebant. de hoc populus est commotus.

b. Quid rex ex Karolus egit Wormacie.

Veniente autem rege Wormaciam.
conuenerunt circa vesperas clerus et
consules ciuitatis et quesitum est ab eis
numquid vellent absolui vel quid sentirent
de processibus. qui cum econtra quererent a con
sulibus quid ipsi sentirent. illisque dicentibus
se de huiusmodi nil sentire. clerusque di
cit idipsum addito nil faciendi ab inuicem
recesserunt. Increpulsis vero collegia con
stituentes procuratores singulos vocaue
runt et clericam per se ipsos et religiosi per
procuratores iuramento prestito per Ba
benbergenses absoluti fuerunt. et cum ma
ne populus more solito vellet audire di
uina. clerusque nollet coram populo celebra
re factus est tumultus clausisque por
tis currens populus ad hospicium regis. ad quod
et Babenbergensis confugit armatus accessit.
ipse quoque Babenbergensis mandante rege
trico omnem clerum et populum Wormaciensem
sine omni condicione et iuramento absoluit.
et statim omnis clerus religiosus et secularis
contra iuramentum sero prestitum publice

omnia resumpsit. ¶ Post hec iuit
Moguntiam vbi sub pacto ne introdu
ceret Gerlacum prouisum pape vel aliquem
legi permitteret littere honorifice est re
ceptus. Vbi ad eum venit Treuerensis
qui latent. cum paucis. ¶ Vbi et no
ua receperunt quod fuit quinta precedenti
scilicet post Epiphaniam Anno domini Mo.
ccco. xlviii. pares et secretarii. Lu
dowici marchionis in Brandenburg.
Item palatinorum reni. Erich ducis Saxo
nie. et Heinrici Archiepiscopi Moguntini
per papam depositi. tamquam electores princi
pes maiorem partem facientes in Edu
ardum regem Anglie huiusmodi cum eis pro
curatorem et secretarium suum in Roma
num regem, ex opposito ville Rense sup
renum sub castro Lonstein concordauerunt
runt. eligendum. de hac quoque littere
sub sigillis eorundem principum littere in
prima omnium in ibi conueniencium pub
lice legebantur. et quod ipse Anglus se vel
let intromittere dicebatur, de quo et littere
a principibus ciuitatibus sunt directe.
ex quo in Germania turbacio est sub
orta. ¶ Nuncii autem Frankenfor
densium a rege requirente eos super sui
recepcione infecto negocio recesserunt.
sicque rex cum timore Wormaciam est
reuersus. maneque volens recedere ex
pectante omni gente sua armata.
ante hospicium suum, non pagatis hospi
tibus curie et coquine sue et diu ex
pectante tota gente itum ad querelam
carnificis regem querelantis ne dis
cederet factus est in populo tumultus. pro
mittentibus autem pluribus ne disce
dent hospitibus non pagatis, rex
Spiram processit. persoluto autem carnifi
ce a Wormacia ipse Spire ad graciam
regis veniens ad partes regias est
resumptus. Qualiter rex Karolus
de Spira iuit in Sueuiam ad recipi
endum fidelitatem de ciuitatibus imperii
et qualiter venit in Rotenburg comitum
de Hohenberg vbi hastiludium cum
est indicta.